



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

3 Mult[us] canonicos canon prohibet monachari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Unde Pelagius i Papa ait.

Leutherius a frater & Coepiscopus noster queritur, quod mater eius in casa, que castellum dicitur, oratorium construxerit, ac dedicaverit, & in eodem loco monachos constituerit, ex quibus unus est Presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter Episcopum Castellum (cujus ipsa dicecesis est) matrem suam asserit convenisse, ut quidquid dedicationis, vel natalis martyrum die, quorum in eodem monasterio reliquie sunt, per fidelium oblationes intraverit, medietatem quidem habeat ipsum monasterium, medietatem autem Episcopo offeratur. Contra quam conventionem Marium Presbyterum (sive sciente, sive nesciente Episcopo) monachis ipsis, vel Presbytero, qui ex eis est, vim dicitur intulisse, & frequenter molestias generare, ita ut memoratum Presbyterum prope ceciderit, & Missas eum facere nullo modo permittat; dicens, ut quasi pensionis nomine aliquod statuere debeat. Hac igitur omnia diligenter te examinare jubemus, & si apud te evidenti ratione b constituerit, quia tempore, quo dedicatum est ipsum monasterium, conditiones superius positae convenierint, servari eas ex nostra auctoritate precipimus, nec aliud amplius exinde ab aliquo exigatur. Si vero nil tale constituerit, mediantem quid Episcopo ipsi nomine eulogiae offerri debeat, inter ipsos monachos & Presbyterum volumus definiti: salvo tamen eo, ut Presbyter Gaudentius, qui etiam monachus est, Missas in monasterio suo, sicut consuevit, facere a nullo ulterius debeat prohiberi.

¶ Pelagius] Antea legebatur; Gelasius. Mutatum est ex Polycarpo, & quia supra dist. 91. c. Eleutherius, alia pars hujusmodi epistole citatur ex Pelagio; & Anselmus, qui hoc & illud caput conjuncte asserit, Pelagio tribuit.

C. XXXI. ¶ Consuetudine servitia Episcopis monasteria exhibeant. Item Urbanus secundus.

Servitium, quod monasteria, aut eorum ecclesie a tempore Gregorii septimi usque ad hoc tempus fecerunt, & nos concedimus.

Canonice ergo iura, quibus monasteria subiecta non sunt, synodales exactiones intelliguntur. Non enim cogendus est Abbas (sicut in concilio Thronico statuitur) ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. Sunt etiam quaedam servituta officia, ut angaria operum, crebra receptiones, annua exactiones, multationes peccantium, a quibus omnibus monasteria libera sunt.

CAUSA XIX.

De clericis ad monasterium transire voluerant: utrumque licentiam ab Episcopo suo petierit: unus relicta ecclesia propria eo invito, alter dimissa regulari canonica i canonibus se contulit.

- 1. Modo queritur, si Episcopus debeat permittere, ut relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur.
2. Secundo queritur, si Episcopus licentiam dare voluerit, an eo invito monasterium possit adire.
3. Tertio, si contigerit ipsi regulari, canonicos fuisse, utrum concedendus esset eis monasterii ingressus.

QVÆSTIO I.

Quid Episcopus licentiam clericis adveniens monasterium dare debeat, in Toletano 4. concilio precipitur, in quo c. 49. sic statutum legitur.

a Anf. l. 7. c. 145. Polyc. l. 4. tit. 27. b al. veritate. c alii. sentitur exigere. d al. convenit. e dist. 18. Episcopus non debet. f al. canonice.

C. I. ¶ Non debet negari ingressus clericis, qui monachorum propositum appetunt.

Clerici a, qui monachorum propositum appetunt (quia meliorem vitam sequi cupiunt) liberos eis ab Episcopis in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

¶ Nec interdicti] Hec usq. ad finem absunt a manifestis, sunt tamen in concilio.

QVÆSTIO II.

Invito vero Episcopo clericum ejus a nullo esse suscipiendum, Leo Episcopus b testatur, scribens Anastasio c Thessalonicensi Episcopo, epist. 32. al. 84. c. 9.

C. I. ¶ Invito Episcopo ejus clericum nemo suscipiat.

Alienum d clericum, invito Episcopo ipsius, nemo suscipiat. Sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vite transire voluerit. Tunc enim liberum est illi, etiam Episcopo contrariante, monasterium ingredi.

C. II. ¶ Qui monachorum propositum appetit, etiam invito Episcopo suscipiendus est.

Unde Urbanus Papa II. in capitulo sancti Rufini e.

Publica lex est, que a sanctis Patribus scripta est confirmata; ut est lex canonum, que quidem propter transgressiones e est tradita. Verbi gratia: Decretum est in canonibus, clericum non debere de suo Episcopo ad alium transire sine commendatitio licentia sui Episcopi: quod propter criminosos constitutum est, ne videlicet infames ab aliquo Episcopo suscipiantur persona. Solebant enim officia sua, cum non poterant in suo Episcopo, in alieno celebrare, quod jure preceptis & scriptis decretatum est. Lex h vero privata est, que intuitu sancti Spiritus in corde describitur: sicut de quibusdam dicit Apostolus. [Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis.] & alibi: [Cum gentes legem non habeant, si naturaliter ea, que legis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex.] Si quis horum in ecclesia sua sub Episcopo populum / retinet, & seculariter vivit, si afflitus spiritu sancto in aliquo monasterio, vel regulari canonice m salutare se voluerit, quia lege privata ducitur, nulla ratio exigit, ut a lege publica constringatur. Dignior est enim lex privata, quam publica. Spiritus u quidem Dei lex est, & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur, & quis est, qui spiritui sancto possit dignè resistere? Quisquis igitur hoc spiritu ducitur, etiam Episcopo suo contradicente, erit liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est posita: sed ubi o Spiritus Dei, ubi libertas: Et si spiritu Dei ducimini, non estis sub lege.

QVÆSTIO III.

Anonice autem regulares ad monasterium transire monachis auctoritatibus prohibetur.

C. I. ¶ Regulares canonici, monachi fieri non debent.

Unde in concilio Eduensi congregato sub Gregorio VII. legitur.

Nihil Abbas vel monachus canonicos regulares proposito professionis canonice revocare, & ad monasticum habitum trahendo suscipere audeat, ut mo-

a Polyc. l. 3. tit. 15. & l. 6. tit. 34. Burch. l. 6. c. 21. l. 10 p. 6. c. 27. b In concilio Aquisgranen. cap. 58. c Antea legebatur, Narbon. d Anf. l. 6. v. 161. Burch. l. 1. c. 42. l. 10 p. 6. c. 66. e al. Rufini. f Polyc. l. 4. tit. 31. Gal. 3. g al. transgressores. h c. 1. cet. extra, de regular. i Rom. 2. k Ibidem. l proprium. m Polycarp. m al. canonice. n Rom. 7. v. 14. o 2. Cor. 13. v. 5. Galat. 3.

nachi fiant, quando ordinis sui ecclesiam invenire qui-
perit, in qua canonicè vivendo, Deo servire, & animam
suam salvare possint. Quod si temerario ausu id agere
tentaverint, anathematis vinculo obligentur.

C. II. ¶ De eodem.
Item Urbanus Papa II.

Mandamus, & universaliter interdiciamus, ne quis
canonicus regulariter professus, nisi (quod absit)
publicè lapsus fuerit, monachus efficiatur. Quod si de-
creto nostro contraite præsumens id agere tentaverit,
ad ordinem canonicum præcipimus ut redeat, & deinceps
memorialem b cucullam deferat, & ultimus in
choro maneat.

Solutio verò est, nisi cum patris sui licentia religioni
proprium induerit. Unde Urbanus Papa II. scribit Abbati
sancti Rufini c.

C. III. ¶ Patris sui concessione regulares cano-
nicus monachi fieri possunt.

Satavimus, ne professionis canonicæ quispiam, post-
quam Dei vice supra caput sibi hominem impulerit,
alicuius levitatis instinctu, vel districtioris religionis ob-
tenuit, ex eodem claustrò audeat sine patris, & totius
congregationis permissione recedere. Discedentem verò
nullus Abbatum vel Episcoporum, nullus monacho-
rum sine communi literarum cautione suscipiat.

1. ¶ Patris, &c. In rebus vetustis codicibus legitur, patris to-
tius congregationis: apud Ivoem, sine Abbatis totiusque
congregationis.

2. ¶ pars. Quæritur si monasteria, quæ semel dedicata sunt, post
sunt transire in clericorum vel secularium habitacula. Quod in
Chalcedonensi concilio omnibus modis prohibetur, c. 24.

C. IV. ¶ Quæ semel sunt dedicata monasteria,
semper monasteria perseverent.

Quæ et semel dedicata sunt monasteria cum consilio
Episcoporum, maneat perpetuò monasteria: & res
quæ ad ea pertinent, monasteriis reservari oportet, nec
possent ultra fieri secularia habitacula. Qui verò per-
miserit hoc fieri, subiacet his condemnationibus, quæ
per canones constituta sunt.

¶ Hæc versio parum discrepat à Dionysiana, quam asserunt Bur-
cardus & Ivo, c. 24.

C. V. ¶ Qui loca sacra, communia diversoria fe-
rent, clericis deponantur, laicis excom-
municentur.

Item in synodo septima, c. 13.

Quoniam à quibusdam viris quædam venerabiles
domus surripiuntur, tam videlicet Episcopia, quam
monasteria, & facta sunt communia diversoria: si qui-
dem voluerint hi qui hæc retinent, reddere ea, ut secun-
dum antiquitatem restarentur, bene & optime est: alio-
qui si de sacro catalogo fuerint, hos deponi præcipi-
mus: si verò monachi vel laici, excommunicari: quos
nimirum constat condemnatos esse à Patre, & Filio, &
Spiritu Sancto: & deponentur ubi vermis f eorum
non mortuus, & ignis non extinguitur: quia voci Domi-
ni adversantur, qui dicit: ¶ Nolite facere domum pa-
tris mei domum negotiationis.

¶ In istiusmodi canonis in synodo septima ab Anastasio versa
sua habet. Quoniam propter calamitatem, quæ pro pec-
catis nostris in ecclesia facta est, subrepta sunt à quibus-
dam viris quædam venerabiles domus, tam videlicet, &c.
Eorum autem vestigia duobus manuscriptis exemplaribus nonnulla
sunt in hoc capite emendata.

3. ¶ pars. Quæritur de his, qui ad conversionem veniunt, quo
tempore debeant consurari. De huius scribit Gregorius Fortunato
Episcopo Neapolitano lib. 8. epist. 23.

a Polyc. lib. 4. tit. 31. b memoriale sua præscriptionis cucul-
lon) Polyc. c. al. Russi. d Ivo p. 6. c. 411. e Polyc. l. 3. tit. 15.
Anf. l. 1. c. 60. Euch. lib. 3. c. 19. Ivo p. 3. c. 17. & 22. Pann. l. 2. c. 17.
f Marcq. ex Esab. g Ioan. 2.

C. VI. ¶ Antequam biennium in conversione
compleverit, aliqui consurari non
debet.

Monasteriis a omnibus fraternitas vestra districtius
interdicat, ut eos, quos ad conversationem b sus-
ceperint, priusquam biennium in conversatione c com-
pleant d, nullo modo audeant consurare. Sed hoc spa-
tio vita, moresque eorum sollicitè comprobentur: ne
quis eorum aut non sit contentus eo quod voluit, aut ra-
tum non habeat, quod elegit. Nam dum grave sit inex-
pertos hominum sociari obsequiis, quis possit dicere,
quam sit gravior ad Dei servitiū improbatos i applicari?
Miles verò, si converti voluerit, priusquam nobis renun-
tietur, nullum eum sine 2 nostro consensu quacunque
præsumat ratione suscipere.

1. ¶ Improbatos applicari] Antea legebatur, impro-
bos applicare. Emendatum est ex originali impresso & ma-
nuscripto.

2. ¶ Sine nostro] Hoc præcipit eo tempore B. Gregorius, ne o-
mnino videretur contemnere legem, quam Mauritius Imperator tu-
lerat, ne milites ante completum tempus militia in monasteriis vo-
cari possent: quam legem idem Gregorius lib. 11. indit. 11. epist. 61.
ipsi Mauritio scribens, vehementer reprehendit: quod auctor glossæ
non videtur attendisse.

4. ¶ pars. Quæritur, si ingressu monasterium ultra relinquatur
licentia testandi. Hoc Gregorius prohibet, ita scribens Lamentio
Caraltano Episcopo, lib. 7. indit. 2. epist. 7.

C. VII. ¶ Post monasterii ingressum nulli
relinquatur licentia te-
standi.

Quia et ingredientibus monasterium convertendi gra-
tia, ulterius nulla sit testandi licentia, sed res eorum
eiusdem monasterii juris fiant, aperta legis definitione
decretum est.

C. VIII. ¶ Post monasterii ingressum
eidem monasterio omnia sunt
conservanda.

Item Gregorius Papa Cyrillano Diacono, lib. 3.
epist. 6.

Perlatum est ad nos Petronillam nomine de provincia
Lucania genitam, per exhortationem Agnelli Episco-
pi fuisse conversam, resque suas omnes, quas habere po-
tuit, licet sibi iure potuissent competere, tamen eisdem
monasterio, quod ingressa est, etiam specialiter donatio-
nis titulo contulisse.

Contra Paulus primus eremita in testamento i caliburni suam
Athanasio Alexandrino Episcopo reliquit, tunicam verò beato An-
tonio. Sed aliud est de his, qui in monasterium ingressi, se & sua tra-
diderunt, aliud de his, qui solitariam vitam ducentes, se nulli eccle-
siae tradiderunt. 2. Illi semel tradita nulli tradere possunt: isti nulle
oblata liberè restari possunt.

1. ¶ In testamento] Longè aliter B. Hieronymus in vita
Pauli. Scribit enim beatum Antonium pallio, quod si donaverat
Athanasio, Pauli corpus involvisse, & addidit, ne quid pius hæres
ex intestati bonis non possideret, tunicam eius sibi vin-
dicavit, quam in sportarum modum de palma foliis ipse
sibi contexerat.

2. ¶ Tradiderunt] Sic est emendatum ex plerisque manu-
scriptis. Antea legebatur, tradere possunt.

C. IX.

Item in authenticis f, constitutione g.

Si qua mulier aut vir monasticam elegerit vitam, &
intraverit monasterium, liberis non extantibus, mo-
nasterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus.

a Ansel. l. 2. c. 197. b al. convertendam. c al. conversione.
d al. compleverint. e Extra. de testamen. c. quia. Anf. l. 7. c. 112.
f Cod. de sacros. eccles. auth. si qua mulier. Apud Iulianum antecf.
novell. 123. cap. 96.



¶ Sed si persona liberos habens, antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, liceat ei postea inter eos dividere, legitima a non diminuta: & quod eis non dedit, monasterio competet. ¶ Sed si omnem substantiam inter filios dividere voluerit, sua persona filii connumerata, partem sibi retineat, quae monasterio competere debet. ¶ Sed si post ingressum moriatur, antequam inter eos dividat, filii legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competente. *In authenticis b. de monast. constituto. 5. in collatio.* ¶ Nunc e autem cum monachus factus est, hoc ipso res suas obtulisse videtur, si prius testatus non sit: & exinde iudicio ejus cessante, lege disponitur, ut si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donadi titulo contulerit, eatenus substantiam monasterio destinata detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum.

C. X.

Item ex novella 123. d.

Non liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hereditate repellere monachos factos: quamvis dum laici fuerant, in causam ingratitude incidierint. Item non liceat parentibus liberos suos ad solitariam vitam transeuntes abstrahere a monasterio.

¶ Hoc caput expressè habetur apud Iulianum antecessorem, novella 123. cap. 59. In quo aliqui Gratianum reprehenderunt, qui hanc Iuliani epistomen videre minime poterant.

CAUSA XX.

Duo pueritia annos agentes a parentibus monasterio traditi sunt: unus irruvus, alter spontaneus cucullam induit. Ad annos pubertatis venientes, irruvus ad secularem militiam rediit, spontaneus monasterium districtius petit.

1. Nunc primum queritur, si in pueritia annis traditus, cogatur religionis professum tenere.
2. Secundo, si prater voluntatem parentum consuram, vel religionis vestem quis in pueritia accipiat, an postea sibi detrahi, an non.
3. Tertio, qui prater propriam voluntatem cucullam induit, an cogatur eam retinere, an non.
4. Quarto, si ab uno monasterio in aliud districtius liceat aliquid transire.

QUESTIO I.

Quid intra annos pueritia traditi, cum adulti fuerint, liberam habeant arbitrium manendi vel discedendi, probatur auctoritate nona i synodi.

¶ Nona. In nonnulla vetustis exemplaribus est, octava. Verum in Flavio ab Hadriano II. habitam non habetur, sed in libro B. Basilii de institutis monachorum, Russino interprete, cap. 8. Similia etiam sunt apud eundem B. Basilium in regulis suis disputatis, cap. 15.

C. I. ¶ Virginitatis professio quo tempore firma esse incipit.

Firma autem tunc erit professio virginitatis, ex quo adulta iam aetas esse coeperit, & ea quae solet apta nuptiis deputari, ac perfecta.

¶ Ac perfecta. Hac non sunt in eo Basilii loco. Si virginitatis professio tunc incipit esse firma, eam aetas coeperit esse adulta, & religionis professio tunc demum debet esse firma, cum ad adultam aetatem perventum fuerit. Sed hic de illa professione agitur, quae in annis pueritiae proprio arbitrio Deo offertur, quam non confirmat parentum consensus. Ceteri, quae a parentibus Deo offertur professio, in violationem seruari oportet.

a al. legitima portione nulli. b Novella 26. c Cod. de Episcopis, & cler. authent. nunc autem. d Ibidem apud Iulianum antecess. cap. 59. & 60.

C. II. ¶ Non licet de monasterio egredi quem pater vel mater intra annos infantia fecerit ordinari.

Unde Gregorius scribit ad Augustinum Anglorum Episcopum.

Addidisti a: adhuc, quod si pater vel mater filium, filiamve intra septa monasterii in infantia annis sub regulari tradiderint disciplina, utrum liceat eis postquam paupertatis b annos impleverint, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino devitamus: & quia nefas est, ut oblati a Parentibus Deo filii voluptatibus frana laxentur.

¶ Sic etiam citat Leo. Exiat in epistola quarta Gregorii tunc ad Bonifacium legatum Germaniae: & simile habetur in concilio Viormacensi, cap. 22.

C. III. ¶ Aut propria professio, aut paterna devotio monachum facit.

Item ex concilio Toletano 4. c. 48.

Monachum d aut paterna devotio, aut propria professio facit. Quidquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad mundum revertendi interclusus aditus, & omnes ad saeculum interdicimus egredi.

¶ Alligatum. In duobus Vaticanis conciliis concitibus, & Lucensibus legitur allegatum.

C. IV. ¶ In monasterio perpetuo maneat, qui a parentibus traditi sunt.

Item Isidorus.

Quicumque a parentibus propriis in monasterio fuerit delegatus, noverit se ibi perpetuo permaniturum. Nam Anna Samuelem puerum natum & ablatum Deo cum pietate obtulit: qui & in ministerio templi, quo a matre fuerat deputatus, permansit, & ubi constitutus est, deservivit.

¶ Hoc non est inventum in libro B. Isidori: sed Smaragdus in expositione regulae B. Benedicti, cap. 39. hoc idem ex ipso Isidoro refert.

C. V. ¶ De eodem.

Item ex regesto Gregorii, lib. 1. epist. 4. ad Antheimum.

Via e autem dura est in insulis congregatio monachorum, etiam pueros in eisdem monasteriis ante xviii. annorum tempora suscipi prohibemus: vel si qui nunc sunt, tua eos providentia auferat, & in urbem Romanam transmittat. Hoc & in Palmaria, aliisque insulis te per omnia volumus custodire.

C. VI. ¶ Quae a progenitoribus monasterio traditus est, de eo egredi non licet.

Item ex concilio Triburiensi.

Quem f primogenitores ad monasterium tradiderunt, in ecclesia coepit canere, & legere, nec uxorem ducere, nec monasterium deserere poterit: sed si discesserit, reducat: si consuram dimiserit, rursus redeatur: uxorem si usurpaverit, dimittere compellatur.

C. VII. PALEA.

[Item ex poenitentiali Theodori.]

Infans pro infante potest dari in monasterio, quamvis alter vocatus g sit. Tamen melius est votum solvere. Similiter & pecora aequali pretio (si necesse est) sunt redimenda.

2. pars. Ex his auctoritatibus colligitur, quod paterna professio pueros tener obligatos: nec licebit eis a proposito discedere, quod paterna devotione in pueritibus annis susceperunt. Sed obijciunt illud Leonis Papae, epistolae 90. ad Rusticum Episcopum, cap. 13. & 14.

a Ivo part. 7. c. 10. b al. ad pubertatem. c alii. voluntatem. d Polyc. lib. 4. tit. 5. Anselm. l. 7. c. 106. & l. 8. c. 6. Barth. l. 1. c. 100 p. 7. c. 30. e Extra de regul. c. 1. & Barth. l. 1. c. 97. Ivo p. 7. cap. 13. g forte.] vovis.

